



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Qvintvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. SERMO DE VIR  
TERTIVM.

Excōmunicari, nō est animam tradi diabolo, neq; priuari bonis Ecclesiæ, cōmunibusq; oratiōibus eiusdem. Hoc ex dictis abunde patet, quia manente fide, spe, & charitate, manet uera cōmunio, & participatio omnium bonorum Ecclesiæ.

Q V A R T V M.

Excōmunicatio, si iusta est, significat potius, animam esse diabolo traditam, & ecclesiæ cōmunionem spiritali priuatam, quia fertur super eum, qui peccato mortali seipsum priuauit cōmunionem charitatis, & diabolo sese tradidit. Sicut ecōtra reconciliatio sacramentum est, & externum signum interioris reconciliationis & cōmunionis. Ideo uerum est, quod excōmunicatio ecclesiastica, nō infert, sed præsупponit, aliquem esse in morte & peccato, id est, uere excōmunicatum spiritaliter.

Q V I N T V M.

Excōmunicatio sic est tpalis & corporalis, ut tñ ordinetur, non cōtra, sed pro cōione interiore, uel reparanda, si iuste lata fuerit, uel augenda, si iniusta fuerit. Probat hoc per Apostoli i. Corin. ult. Agā secundum potestatem quam dedit dñs mihi, nō in destructionem, sed edificationem, hoc certe intelligo, qd non possit destruere, sed tantummodo edificare p Ecclesiasticam potestatem. Nam & illum fornicarium i. Corin. v. sic excōmunicauit, & Satana tradidit, ut spiritus nihilominus saluus fieret. Et ut supra dictum est, nō existimandi sunt quasi inimici, sed corrigendi ut fratres, nō ut pendant, sed ut confundantur, Et ut audacius dicam, Nec Christus, ut homo, hanc habuit potestatem separandi animas, sicut dicit Ioan. vi. Omne qd uenit ad me nō eijciam foras. Et iterum, Hæc est uoluntas eius, qui misit me patris, ut omne qd dedit mihi, non perdā. Et iterum alibi, Non uenit filius hois perdere, sed saluare anias. Item ad hoc est apertus quoq; textus li. vi. de sen. ex c. Cum medicinalis, qui ualde est notabilis, dicens, Cū medicinalis sit excōmunicatio, nō mortalis, disciplinās, nō eradicans, dū



## T V T E E X C O M M V N I C A T I O N I S .

tamen is, in quem lata fuerit, non cōtemnat, caute provideat Ecclesiasticus iudex, ut in ea ferenda, ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit & medentis. Hæc ibi, Cur nō dixit, quod perdentis & occidentis fuerit, sicut quidā desperati timent, immo quidā Officiales tyranni affectant? Igitur Ecclesiastica excōmunicatio, est pium & maternū Ecclesiæ flagellum, super corpus & res corporis impositū, quo non trudit ad infernū, sed potius reuocat, & urget ad salutem eos, qui ad inferna properant, ideo cū summa exultatione, & reuerentia simul amplectendū, ne dum patientissime ferendū est

### S E X T V M .

Illud solum & maxie oīm curandū est, ne excōmunicatio tā fidele salutis ministeriū, contemnat, aut impatientius feratur, quia nō modo propter potestatem Ecclesiæ, quæ p seipsam semp est metuenda, sed etiā propter piam huius potestatis operationem, & salutis propriæ promotionem, amanda. Sit simile, qd mater corripiat dilectū filium, qñq; meritū, quandoq; immeritū. Hic cōstat pium esse flagellū, & filio salutare. Quod si ipse impatiens maternę huius disciplinæ, nō omiserit prohibitū, aut non fecerit iussū, sed furens in matrem insurgat, aut cōtemnat, ecce tum incurret in mandatū dei, ubi præcipit, parentes honorari, & fiet, ut ex unica leuiscula disciplina, quæ sine peccato, imo cum merito erat, sibi confleret detestabilissimā culpā, & æternā pœnā. Ita & nōo seculo fieri (heu miserā) uidemus, ut officiales trucident, notarios & nuncios cędāt, mergant, captiuent, aliq; detestabilia portenta cōmittant, qd non facerent credo, nisi uulgata illa, erroneaq; opinione, crederent sese per excōmunicatōnem tradi in dānationem, ac non potius quæri ad salutem. Hinc em̄ sceleribus adijciūt desperationem, nouissimū oīm horrendissimūq; malorū. Atq; hæc causa fuit, ut hūc sermonem meditarer, & nūc æderem quoq; Quanc; iuste permittat hanc cędem in officiales deus, ut qui hęc sniam salutis ab